

1793.

1. * Berstcheff-Rumin, Ioannis Henricus Ludovicus, Curator, de: *Responsa iur. XXX, XXXI et XXXII.* Programma, quo quatuor facultatum decani sensores et reliqui assessores memoriam anniversariam Joannis Henrici Ludovicus, Comit. Lissae de Berstcheff-Rumin . . . celebrandam indicant.
2. * Bonius: *Responsa iur. XXVI, XXVII et XXVIII.* Programma, quo ordinaries suior et reliqui fac iur. assessores memoriam Bonianam . . . recolendam . . . indicant.
3. Greenius, Iug. Frider. hygsm. (Remissione literarum cambialium). Programma, quo solemnis Doctoralia Samuels Friderici Langhautii iudicant.
4. * Sickelius, Ioannes Curatus: *Responsa iur. XXIX.* Programma, quo ordinaries suior et reliqui assessores fac. iur. solemnis Doctoralia Joannis Curatis Sickelii iudicant.

1793.

5. * Sylvester et P. Blasius, Rudolphus Ferdinandus:
l. b. de : De iuris sanitatis studio, saepel
vel optimam sanitatem prouentre. Programma,
quo trium supervisorum facultatum decanus scien-
tias et religiosi assessores . . . memoriam
Rudolphi Ferdinandi l. b. de Sylvester et
Blasius . . . recalendam invenit.
6. Petrus annus, Iu. L. de : Programma, quo solennem
et doctoralia Christiani Wincleri inducit.
7. Baerius, Henricus Gottfridus, fac. iur. processu-
llarias: Pauli concilium, capitula Deca-
tionem, quae benignius responsum proalibet
ad criminales problemata justitiae pos-
sunt. Programma, quo solennici doctoralia
Iure. Justitiae Territorii . . . in D. S. 14
8. Bienerus, Christianus Gullotus: De ducatu aque
electrata laxures post mortem Alberti III.,
ultimus ex familia Ascaniarum V. Hebergensis 15

Electoris in Fridericum Bellorum, Marchionem
Morescum collato.

9. Bienerus, Christianus Gellius : De cattacione
penitentia.

10. Erhardus, Christianus Daniel : De ampliationibus
iudiciorum publicorum apud Romanos

11. Erhardus, Christianus Daniel : De fundamento iuris
penitentia.

12. Erhardus, Christianus Daniel : De ampliationibus.
iudiciorum publicorum apud Romanos.

13. Freck, Ferdinandus Galli : De amnis gratiae
et deserto en legibus ecclesiasticis Secundus
aestimando.

14. Hanboldus, Christ. Goll : De legato nomine.

15. Hanboldus, Christ. Goll : De iure afferendi; ex quo
in primam crestrum locum successor.

16. Hermannus, Joannes Fridericus : De iuribus et
obligationibus viris saxonis, qui testamento
uxoris fiduciomodo gravibus est universalis.

1793.

17. Jungkunz, Samuel Fidericus : De gabellae detracto
ex usu fori Saxonici Electoralis aestimanda.

Spec. I.

18. Jungkunz, Samuel Fidericus : De gabellae detracto
ex usu fori Saxonici Electoralis aestimanda.

Spec. 2.

19. Kindius, Hieronymus Theophilus : De XII Turbinis
nianis et Octo. Spec. I.

20. Knoetzscher, Iwan Christianus : De kuropogio se-
gen pacis publicae turbatorum ad canes portando
damnatio.

21. Knoetzscher, Iwan, Christianus : De um hodiecum
legis XII. qz. de usu et usu fractu et redditu et

22. Porcellius, Jacobus Gulielmus : De distinctione inter
animum occidentis directum et indirectum.

23. Puchmannus, Dr. phil. imp. pref. ius praecancellariae :
Programma, quo sollempniter inauguratio Iwanus biblii
Hermannus indicatur.

1793.


24. Roemig, Cornelius Gerulat : De castratione in haec.
do jure naturae nostra iuris aetate maxi-
me necessaria. Progenuis, matronis auspicias, praes-
missum.

25. Sebas, Christianus Ludovicius : De mathesecos etc.
cypriina et usm

26. Lichelius, Iacobus Caradus : Diocletianus et
Maximianus sine de vita et constitutionibus
P. Aurelii Valerii Diocletiani et M. Aurelii
Valerii Maximiani.

27. Stockmannus, Augustus Cornelius : De transactiobus
ab nostro reporta instrumenta medicina.

28. Windklerus, Christianus : De interraptione amca-
pionis ac praescriptionis.



DE
GABELLAE DETRACTIONE
EX VSV
FORI SAXONICI ELECTORALIS 1793, 17
AESTIMANDA
SPECIMEN I.

QUOD
EX AVCTORITATE
ILLVSTRIS JVRECONSVLTORVM ORDINIS
IN ACADEMIA LIPSIENSI

PRO LICENTIA SVMMOS
IN VTROQVE JVRE HONORES
CAPPESSENDI

D. XVI. MAI. A. R. S. cccclxxxix.

AD DISPVTANDVM PROPOSVIT

SAMVEL FRIDERICVS JVNGHANS
SECRETARIUS REGIM. SAX. ELECT. SVPR. ET JVRIS VTR. BACCL.

DRESDAE

TYPIS CAROLI CHRISTIANI MEINHOLDI.

GRATIAE DILECTIONIS

ANNO 1727

PRO Saxonio Elegiorum

SPECIMEN I.

ILLATRIS INGENUUM QDIDIG
IN EXERCITATIONE

IN VITIO ET TURBO HONORIS

ZUMME MICHENDE ZANGH

DRESDEN

ILLVSTRISSIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO

DOMINO

CHRISTIANO GOTTHELF

S. R. I. LIBERO BARONI

A G V T S C H M I D

DOMINO ET DYNASTAE IN KLEIN - WOLMSDORF, SERENISSIMI PRINCIPIS
ELECTORIS SAXONIAE ADMINISTRO INTIMO STATVS ET SANCTIO-
RIS ADMISSIONIS SVMMO COMITI CONSISTORIANO

R E L.

ILLVSTRISSIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO

DOMINO

F R I D E R I C O L V D O V I C O

W V R M B

DOMINO ET DYNASTAE IN GROSSEN - FVRRA, SERENISSIMI PRINCIPIS
ELECTORIS SAXONIAE INTIMAE ET SANCTIORIS ADMISSIONIS ADMINI-
STRO ET COMITI CONSISTORIANO, COLLEGII REGVNDIS REBVIS OECO-
NOMIAE ET COMMERCIORVM PRAESIDI ORDINIS IMPERIALIS

JOSEPHI EQVITI COMMENDATORI BVRGMANNO

FRIEDBERGAE

R E L.

ILLVSTRISSIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO

DOMINO

A D O L P H O H E N R I C O

S. R. I. COMITI

D E S C H O E N B E R G

DOMINO ET DYNASTAE IN MVTSCHEN, CANNEWITZ ETC. PRINCIPIS
ELECTORIS SAXONIAE INTIMAE ET SANCTIORIS ADMISSIONIS ADMINI-
STRO ET COMITI CONSISTORIANO, COMMISSIONIS REGVNDIS REBVIS,
ORPHANOTROPHEORVM, PTOCHODOCHIORVM ET ERGASTVLORVM
DIRECTORI

R E L.

ILLVSTRISSIMO VROA ELECTORIS
DOMINO
CHRISTIANI
ILLVSTRISSIMO
EXCELENTISSIMO ATQVE REVERENDISSIMO
S. R. I. COMITI
OTTONI FERDINANDO
DE LOEBEN

DOMINO ET DYNASTAE IN OBER - GERLACHSHEIM, NIEDERRVDELS-
DORF ETC. SERENISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS SAXONIAE INTIMAE ET
SANCTIORIS ADMISSIONIS ADMINISTRO ET COMITI CONSISTORIANO COM-
MISSIONIS REGVDIS CALAMITATIBVS AB INCENDIO INFLECTIS DIRE-
CTORI ORDINIS JOANNEI MELITENSIS EQVITI NEC NON EJUSDEM
COMMENDATORI DESIGNATO

R E L.

ILLVSTRISSIMO
EXCELENTISSIMO ATQVE REVERENDISSIMO
S. R. I. COMITI
GEORGIO GUILIELMO
DE HOPFGARTEN

DOMINO ET DYNASTAE IN MVLVERSTEDT, MECHTERSTEDT, BEVCHA ETC.
SERENISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS SAXONIAE INTIMAE ET SANCTIORIS
ADMISSIONIS ADMINISTRO ET COMITI CONSISTORIANO CAPITVLU MIS-
NENSIS SENIORI PRAEPOSITO BVDISSAE, CANTORI COLLEGII CATHE-
DRALIS NVMBVRGENSIS NEC NON ORDINIS JOANNEI
MELITENSIS EQVITI

R E L.

ILLVSTRISSIMI
EXCELLENTISSIMI
ATQVE
REVERENDISSIMI
DOMINI
REVERENDISSIMI
ESTATE
Gratia VESTRA insignis, qua hucusque SERENISSIMO ELECTORI SAXONIAE ac patriae officia me quaedam praestare haud dignati

IMI
TATI
VALLI

dignati estis, gratissimusque ob eam rem animus,
quem publice declarare gestio, me impulit, ut li-
bellum hunc qualemque NOMINIBVS VE-
STRIS ILLVSTRISSIMIS, EXCELLEN-
TISSIMIS atque REVERENDISSIMIS or-
nare ausus sim. Cuius temeritatis meae excusa-
tionem amor VESTER erga literas carumque
cultores praeclarissimus, quo vel minutissimam
opellam buc spectantem non contemnere soletis,
certissime mihi spondet. Quamuis vero beneficii
VESTRI magnitudinem in me redundaturi lau-
dare

in regia

dare me pro dignitate non valere, probe sentiam,
tamen temperare mihi non possum, quin a summo,
quod cuncta moderatur, Numine, in columem
VOBIS ac perennem felicitatem, in vniuersae
Saxoniae salutem ac literarum decus, quam so-
lennibus formulis deuotissime appreco. Simul et
bac opportuna occasione vtor, vt *VESTRO* in-
signi patrocinio, quo honorificentius et prius ni-
bil mihi existere potest, me commendatissimum ha-
beatis, omni, qua pars est, veneratione ac reue-
rentia etiam atque etiam rogem, et me benignita-

tem

tem VESTRAM continua culturum memoria,
sanctissime spondeam.

NOMINIBVS VESTRIS ILLVSTRISSIMIS

EXCELLENTISSIMIS

ATQVE

REVERENDISSLIMIS

ADDICTISSIMVS IDEMQVE DEVOTISSIMVS
SAMVEL FRIDERICVS JVNGHANS.

+ + + + +

43

scriptio eiusmodi datur in I. sicut enim ab aliis locis istius
scripti in multis locis hoc eum alii citantur, quod est quod dicitur
milia et cetera. Et si ergo hoc in eo continetur. Tertius enim
autem scriptor agit in his de rebus quae in Germania
sit etiam in locis quae in Germania sunt. Et si huiusmodi sunt
in aliis scriptis, quae in Germania sunt, et hoc de rebus quae
in aliis scriptis sunt, quae in Germania sunt.

§. I.

Detractionem partis quotae ab hereditate extraneis transmittenda vel om-
nino a bonis in aliam prouinciam vel in alium locum exportandis ex regulis
juris Romani et praesertim ex l. fin. Cod. de edict. D. Hadri. toll. et l. 2. ff. de
origine juris deriuare qui volunt,¹⁾ jam satis a Ictis autoritate pollentibus,
refutati sunt.²⁾ Et otiosa fere videretur quaestio, cum jus Rom. in Germania
non valeat, nisi in subsidium,³⁾ nec semper ad jus nostrum consuetudinarium
detorquendum sit. Quo autem fundamento gabellae detractione in Germania
potissimum nitatur, non vna omnium est sententia. Alii hanc ad Regalia⁴⁾
referunt et superioritati territoriali vindicant,⁵⁾ alii originem ex jurisdictione
ducunt,⁶⁾ alii vero, ad solam consuetudinem et jus retorsionis prouocantes,
vtrumque negant,⁷⁾ nec desunt, qui jus detraetius ex reliquis priscae seruitutis
deriuare studeant.⁸⁾ Vix certum quid ex Legibus Germ. Imperialibus, in-
primis recess. Imp. d. a. 1555. & 1594. quos Dd.⁹⁾ plerumque allegant, indi-
gandum crit; Continent enim illae, si detractione mentionem faciunt, casus
specialissimos et mox seruitutem, mox consuetudinem aut statutum praesuppo-
nunt, ut ob tantam diversitatem, ex quorundam opinione,¹⁰⁾ detractione ne
quidem

1) Schwanmann, tract. de jure detr. et emigr. cap. I. Berlich, P. III. concl. 52. No. 1.
Clasen, de jur. detr. §. 7.

2) Heinicus jur. Germ. priv. p. 1690. §. 7. Wernber, Obs. for. P. VII. obs. 174. Cramer
Weßlar. Nebenst. Th. 6. Et. 1. §. 3. Schrözer, de gabella detractione. §. 6.

3) Conring, de orig. jur. Germ. c. 33. Thomasius, de exiguo ff. vnu in for. Germ. c. 1.

4) Faust, Beweis, daß das Recht der Nachsteuer ein Regale sey ic. de Selbste, Elem. jur. Germ.
§. 225. et jur. publ. §. 453.

5) Bonhofffer diss. qua jus detr. superiorit. territ. vindicatur. Crusius d. jure detr. c. V. §. 2.


6) Coehmann Rep. Juris. XLVII. No. 178. 68. Köppen, quaest. illufr. 5. No. 3.

7) Berger, Oecon. jur. Lib. I. Tit. II. Th. 18. No. 1. Schmauß, jus publ. Lib. III. c. IV. §. 18.
Schwanmann, de jure detr. c. II.

8) Wernber, Obs. for. P. III. obs. 70. Leyser med. ad ff. sp. 429. m. 1. 2.

9) Meutius, decif. P. VII. decif. 28. Beck, v. Abhöf. u. Nachsteuer. Th. 1. Kap. 1. obs. 3.

10) Berger, Oecon. jur. L. I. T. II. th. 18. Nota 1. Menoch de praefundi. 4. pr. 1. No. 6.



quidem praesumendus sit. Quanquam vero in deriuanda hujus juris origine adhuc sub judice lis esse videatur, praeferim quod ad detractionem in specie attinet; tamen plerique in eo conueniunt, peregrinis siue extraneis plane nullum jus ad acquirendam et exportandam hereditatem in aliena Prouincia, siue in alio loco sitam olim competitisse, sed eam a prouinciae vel praediorum dominis (Landes- und Gutsverschäften) jure albinagii ablatam fuisse. Hi quidem jura sua non semper ad eam usque seueritatem exercuerunt, ut vniuersam caperent hereditatem, sed plerumque in retentione partis quotaæ acquieuerunt. Quod ex recentiore consuetudine eo magis eluescere videtur, quo magis plerumque vicefima et decima, imo quibusdam locis quarta et tercia pars hereditatis sub nomine gabellae adhuc hodie detrahitur.¹¹⁾ Sicut igitur jus detractionis in specie sic dictum, hereditatem puta, vel bona mortis cauilla relicta concernens, antiquo consuetudinis, ideoque juris, quamvis non scripti, fundamento positum est, et aequitatis speciem ei substernere licet,¹²⁾ ita etiam eadem ratione exercito censu emigrationis nulla iniurias inesse videtur,¹³⁾ cum dominorum, siue territoriales illi sint, siue praediales, siue magistratus, officium sit, ut conservationem totius patrimonii ciuitatis vel vniuersitatis respiciant et hujus deminutionem euitari curent: Cui officio eueniente exportatione, non melius satisfacere possunt, quam si partem quotam bonorum ex prouincia exportandorum in hujus commodum deducant.¹⁴⁾ Gauisi enim sunt Possessores eorum securitate publica, et ipsa bona sub dominorum et magistratum tutela fuerunt, crescendique ex aliorum ciuium re familiari opportunitatem habuerunt, aerarium vero ex ista exportatione damnum sentit.¹⁵⁾ Nec hos decet, in officii exercitio vlo modo cunctari, ne tacentes gabellae detractionem remisissé videantur, et neglecta tempestiuua exactione, praescriptionis exceptioni occasionem praebeant.¹⁶⁾

§. II.

¹¹⁾ Sischers Kamerale- und Polizeyrecht, §. 619.

¹²⁾ Schröter, de gabell. detr. §. 8. Clasen de jure detr. §. 12. 13. 14. Carpzon jurisp. for. p. 3. const. 38. def. 19.

¹³⁾ Weruber obs. for. P. VII. obs. 174. Crufius tract. de jure detr. et emigr. c. II. Coccej de censu emigr. Th. 8. Hugo Grotius de jure bell. et pac. L. II. c. V. §. 24.

¹⁴⁾ Rauchbar, P. I. qu. 15. No. 5. Berlich, P. III. concl. 52. No. 60. Klok de contrib. c. I. No. 245.

¹⁵⁾ Mylius, Diff. de censu emigr. th. 9. Kniebeig, Lib. II. de inuest. pacif. c. IV. No. 246.

¹⁶⁾ Meuius, P. II. decif. 163. P. VII. dec. 28. Engellbrecht, Obs. 26. 55. v. Ludwig. Gel. Anz. Th. 1. St. 65. Beumanns Geist der Gesetze der Deutschen. Kap. II. §. 8.



§. II.

Sed, ut pro eo, qui scriptorem indigenam decer, patriae amore, domesticorum potius, quam foris receptorum morum curiosi ad leges patrias et consuetudines potissimum orationem deflestant, de jure quidem detractionis in Saxonia Electorali recepto, extra dubitationis aleam positum esse viderur, et gabellam detractus et censum emigrationis hic ad regalia minora pertinere. Haec enim vel ex jurisdictionis concessionē tanquam hujus annexa,¹⁷⁾ vel ex speciali statuto aut priuilegio, vel recepta singulari consuetudine,¹⁸⁾ praescriptione et possessione legitima,¹⁹⁾ vel denique ex inuestitura sollempni,²⁰⁾ ad priuatos transire possunt. Obiicitur fortasse ex quorundam opinione,²¹⁾ jurisdictionem et merum imperium nihil commune cum regalibus habere, nec ab illis ad haec argumentum valere; sed haec sententia bona vacantia et eorum confiscationem tangit, nec omnino, etiam si detractum comprehenderet, pacta expressa, usum fori, legitimam consuetudinem, nec alias modos, acquirendi regalia, simul excludit.²²⁾ Et, si dicendum, quod res est, jurisdictione ipsa inter regalia non ultimum obtinet locum.²³⁾ Experientia quotidiana etiam docet, priuatos ex uno vel altero praedictorum modorum ius detractus saepius acquisuisse et adhuc exercere, ut saltim apud nos distinctio hujus juris inter regale, herile et municipale admodum otiosa videatur. Evidem vero exempli, quo ius detractus ex sola inuestitura, consuetudine, praescriptione, vel statuto et speciali priuilegio, nulla jurisdictionis habita ratione, acquisitum sit, haud memini; magistratus potius, cum vel a subditis emigrantibus, vel ab heredibus extraneis censum vel gabellam exigant, plerunque hoc ius tanquam annexum jurisdictionis exercent.²⁴⁾ Interim tamen res adhuc tanta difficultatum nebula inuoluitur, vt, in quaunque denique sententia pedem

A 2

figamus,

¹⁷⁾ Berlich, P. III. concil. 52. Schöberl, Inst. Jur. SAX. Lib. I. S. II. c. I. §. 4. Schröter, de gabelli detr. §. 2. Hommel, Rhapt. Obs. 99.

¹⁸⁾ Meinius, P. VII. decif. 28. P. III. decif. 101. No. 9. 10. Helffeld, Jurisp. forens. §. 1775. Carpoza, P. III. Cons. 38. decif. 19.

¹⁹⁾ Werner, Obs. for. P. VIII. Obs. 55. Thoming, decif. 26. No. 38. Rauebar, qu. 15. No. 6. Freisleben, d. jur. fisici Landfass. §. 10. 21.

²⁰⁾ Pürtmann, elem. jur. feud. §. 66 — 70.

²¹⁾ Corthmann, resp. 55. No. 42. Meinius, P. III. decif. 101. No. 11.

²²⁾ Schröter, de gabelli detr. §. 21. T. Crufius, de iure detr. & V. 10. 120. 121. 122.

²³⁾ de Selchow, El. jur. publ. T. I. §. 445. Pürtmann, El. jur. feud. c. IV. §. 68. et 84.

²⁴⁾ Lamm, comment. de gabelli detr. §. 12. Corthmann, Rep. jur. III. R. 47. No. 68.

figamus, lata prematur obscuritate, nisi a veris et certis principiis telam meditationis ordiamur. Cernimus enim, mox illum magistratum, cui merum imperium competit, mox vero alium, qui tantum inferiori jurisdictione gaudet, gabellam detractus exposcere. Animaduertimus etiam, Dd. super hac re non vnam eandemque sententiam souere.²⁵⁾ Operae pretium igitur erit, rem paulo curatius enodare, et, quomodo haec omnia inter se cohaerant, praesertim ex casibus, qui in foris obvenerunt, studiosius delineare. Quia in re autem, ne ipse nodum implicare videar, statim praemonere licet, me disputationem hanc ad eam speciem juris detractus, quae vi jurisdictionis, tanquam hujus annexum, exercetur, praecipue directum esse.

§. III.

Principem esse fontem jurisdictionis et ab eo praeprimis dependere, quem terminum vinculibet in hujus exercito ponere voluerit, nemo erit, qui in dubium vocauerit. Jam hoc praemissio fieri potest, vt in hoc loco magistratus superior, qui jurisdictionem altam exercet, in illo vero iudex inferior detractum juste exigat, nempe secundum fines, quos princeps hic vel illic in concessione jurisdictionis posuit. Et cum quidem tota res ex claris hujus confessionis verbis eluceat, non amplius in ambiguo posita videtur, quoniam inde facile dijudicari potest. Pari modo nullum dubium pro exercito detractus remanere videtur, si magistratus utraque jurisdictione, alta et bassa, simul gaudent, nisi princeps reditus ex detractione prouenientes expresse sibi referuarit; Quod tamen non praesumitur, quia facultas exercendi detractum tanquam annexum jurisdictionis sub hac simul comprehensa in regula intelligitur,²⁶⁾ et exinde a summo concedente, si illum sibi reservare velit, singulari denotatione excipiendum sit. Cum vero in uno eodemque loco jurisdictione ita diuisa sit, vt aliud criminale, aliud vero ciuilem, sive inferiorem, exerceat; nec princeps in utriusque concessione detractus mentionem fecerit, tunc primo aspectu ambigunt, cuinam ex his ius detractum exposcendi potissimum tribuendum sit. Evidem vero rem, si non ex verbis concessionis inferis, interpretari possem, ex longa consuetudine legitime demonstrata dijudicare

mallem,

25) Hommel, Rhasp. Obf. 90. Berger, Osc. jur. L. I. T. II. Th. 18. Not. 5.

26) Clafén, d. iur. decr. §. 30. 31.

◆ ◆ ◆

V

mallem, ita tamen, ut in dubio pro judice superiore pronunciandum, inferiori autem jus detractus non, nisi tanquam exceptio a regula, dummodo bene probata, tribuendum sit; mores enim hac in re valde diuersos esse posse, vix ullus negabit.²⁷⁾ Quod non solum aequitati, ex argumentis ab oneribus jurisdictionis deductis, conuenit, ut haec cum commodis jurisdictionalibus quasi compensari possint, sed etiam a plerisque Ictis²⁸⁾ comprobatum habemus. Imo fora Saxonica adhuc hodie grauitatem horum argumentorum decisionibus suis agnoscunt, adeo, ut celeberrimus Ordo Ictorum Lipsiensis in partes eorum, qui detractus exactionem ad commoda altae jurisdictionis referunt, haud ita pridem discesserit.²⁹⁾ Quid? quod Regimen supremum Electorale Sax. in Rescriptis saepius denotauit rationem, cur gabellae exactio magistratui altam jurisdictionem exercenti, non autem ei, qui bassam haber, in regula relinqua sit, vti ex Rescripto, praefecto Schweinitzensi sub d. 1. Febr. 1764. dato, in Mantissa documentorum sub No. I. adjecto, clarissime appetet. In hoc enim non solum praerogativa, mero imperio adhaerens, clare significatur, et pro ratione decidendi ponitur, sed etiam inferiori magistratui, qui detractum exigere voluerit, vterior simul interdicitur immixtio. Non silentio praetereundum, Doctores quosdam pro corroboranda hac sententia ad visum fori, intuitu clericorum aliorumque, qui jurisdictioni ecclesiasticae subsunt, configentes, admodum speciosam allegare rationem, ex qua Consistoriis, ob deficiens pro parte merum imperium, jus detractionis a clericorum bonis non competat. Etsi vero non negandum et ex Rescripto d. d. 31. Jan. 1777. praefecto Voigtsbergensi dato, in Mantissa sub No. II. allato fatis patet, Consistoria non cujuslibet detractus exactione gaudere; tamen magis denegatio hujus commodi in singulari specie jurisdictionis Consistoriis demandatae et inuerterata consuetudine quaerenda videtur. Quod autem ad supra notaram exceptionem a regula attinet, non desunt exempla de exercitio juris detractus a parte inferiorum magistratum introducendo, licet his merum imperium plane non competat. Ita Regimen supremum Electorale Sax. Senatus Eckartsbergensi, cum, deficiente mero imperio, nihilominus jus de-

A 3

tractus

27) Thomasius, d. iure detr. §. 16.

28) Berlich, P. III. concil. 52. Berger, Oec. L. I. T. II. Th. 18. Not. 5. Schott, Inst. Jur. Sax. Lib. I. S. II. c. I. §. 4.

29) Hommel, Rhaps. Obs. 90.



tractus exercere vellet, sub d. 8. Febr. 1779. rescriptis, ut singularem hanc consuetudinem demonstraret; Quo facto senatus juris praedicti possessionem vel quasi adjudicatam, contra praefecto Eckartsbergenfi, ne illum in ejus exercitio impediret, donec jura praefectureae circa detractum clarius probata fuerint, simul injunctum fuisse, ex Rescripto d. 14. Dec. 1786. videmus. Utrasque decisiones Mantissa documentorum sub No. III. et IV. verbottenus continet.

§. 4. iv. osis uolonga illi, radinollis

Quemadmodum igitur ex antedictis patet, magistratu merum imperium exercenti jus quidem eminentia in exigenda gabella detractus praे magistratu bassa jurisdictione praedito, nec tamen priuatiuum competere; ita etiam apparet, jurisdictionem, sit major vel inferior, pro praecipuo fundamento juris gabellae utique habendam esse. Quae sententia vel ex eo jam aliqualem vim accipit, quod retorsiones, quae saepius detractus exactiōem licitam, quin immo necessariam reddunt, non nisi a magistratibus iniucem exerceantur,³⁰⁾ nec minus quod in detractu de pretio ex venditione rerum immobilium parato ad solum judicem rei sitae respiciatur. Non desunt, qui originem detractus ex jurisdictione deriuandam plane abnegent;³¹⁾ sed rationes, quas afferunt, non magni valoris esse videntur. Dicunt enim, detractum pro tutela accepta non soluendum esse, quoniam nemo, qui in prouincia degat, pro hac judici suo aliquid soluat, ideoque multo minus ab illo, qui jurisdictionem et magistratus tutelam relinquat, sub hoc titulo aliquid exigi possit; Deinde potius aequum videri, ut quis pro introitu et receptione in circulum jurisdictionis, ut quibuscum locis ysu receptum sit, in spem futurae securitatis aliquid soluat. Sed haec omnia argumentorum nomine vix digna non merentur, ut multis refutem et amplius morer, cum per se ipsa fiscant. Evidem non plane nego, fieri posse, ut priuatus, dummodo jure fisci gaudere possit, ex inuestitura, priuilegio vel longa consuetudine, quae vim legis et concessionis haber,³²⁾ jura detrahendi gabellam acquirere possit; sunt enim haec instar vectigalium, quae, licet originetenus ad regalia pertineant, tamen induit, saltem tacito, priuatis etiam et magistratibus acquiruntur et ex consuetudine

legitima

³⁰⁾ Schröter, de gabella detr. §. 17. ³¹⁾ Camer Wehlav. Nebenst. Th. 6. St. 1. §. 4. ³²⁾ Staatswissenschaftl. Zeitung d. a. 1790. St. 185 u. 186. Schütz, de jure detr. c. XI. §. 7.

³²⁾ Wernher, P. VII. Obs. 174. Meinius, P. VII. docif. 28. Clafsen, I. c. §. 32.

legitima regulam habent.³³⁾ Accedit etiam, quod ius fisci, ex plurium sententia,³⁴⁾ non semper effectibus jurisdictionis adscribitur. Attamen certior nondum factus sum de vlo priuato, qui nulla jurisdictione praeditus, in Saxonia Electorali jus detractus vnuquam exercuisset. Caeterum jus et exercitum detractus neutiquam meris rebus fiscalibus, seu cameralibus, sed simul causis justitiae et politiae annumerandum videtur. Gabellae enim et detractus caussae, si bona extra prouinciam deferantur, semper, exceptis leuioribus, ex Rescriptis Serenissimi d. d. 9. Febr. 1741. 9. Jul. 1743. (³⁵⁾) et 9. Febr. 1792. (quod in nouissimo Codicis Augstei supplemento jam expectando inserunt habebimus,) ab omnibus magistratibus, adeo patrimonialibus, ad Regimen Supremum referenda, ab eoque decisiones expectandae sunt. Nec praetermitendum, stylum Curiae Dresdensis visitatissimum in responsionibus ad magistratum relations esse: Wir können geschehen lassen, daß ic. Quae omnia in aliis causis, iura fisci tangentibus, non ita se habent. Nec obstat, quod praefecti Electorales caussas detractus ad Cameram Principis, quae hodie sub nomine Intimi redditum Consilii (Geheimes Finanzkollegium) fulget, referant, et rescripta ab hoc Collegio non minus, quam a Regimine Electorali accipiunt. Nam ita fieri solet tantum in caussis detractionis, in quibus Fiscus Electoralis concurrit, et de bonis vel immediatorum ciuium vel praefectorum subditorum sermo est. In aliis vero, quae Fiscum magistratum priuatorum concernunt, regimen Electorale supremum solum cognoscit et judicat.

§. V.


Antequam vero ad propositum meum proprius accedam, de censu emigrationis et gabella detractus in specie sic dicta quedam delibare, necesse erit. Jam in legibus Imperii³⁶⁾ discrimen quoddam inter hunc et illum notatum habemus, et neminem fugit, censum emigrationis ab iis, qui ex prouincia aut quodam ejus circulo, in alterius territorium aut jurisdictionem se converunt, et fortunarum sedem sub aliam jurisdictionem transferunt; gabellam detractus

33) Berlich, P. III. concl. 52. No. 19. Schröter, I. c. §. 11.

34) de Selbote, jus publ. Lib. II. S. IV. §. 445. Schnauß, jus publ. L. III. c. IV. §. 8. Menken, de iure fisci mero imperio cohaerente §. 9.

35) Cod. Aug. Cont. T.I. p. 321. 335.

36) Reichsabsch. v. J. 1555. §. Wo aber ic. Desgl. v. J. 1594. §. Und so viel ic.



detractus vero ab iis, qui hereditatem vel hujus partem exportant, vel omnino bona titulo lucrativo delata transferunt, soluendam esse.³⁷⁾ Ille vocatur Abzugsgeld, Nachschoß, Nachsteuer, Auslösung, Abschiedsgeld, haec autem cognomine des Abschusses, Weddeschages, Gehendsfennigs, der Erbssteuer denotatur; quae denominations tamen non ubique obseruantur,³⁸⁾ et hodie promiscue utinam verbis: Abzugsgeld, Abschuss, tanquam synonymis in utroque detractio- nis iure, census sit, vel gabella. In illo praeterea respicitur ad solam perso- nam viui migrantis; in hac vero non solum ad heredem et eum, qui ex he- reditate aliquid accipit, sed et simul et maxime quidem ad defunctum, de cuius hereditate sermo est, quin imo ad locum, etiam, quo hic domicilium ha- buit, et vitam finiuit, ut in sequenti disputatione mea commodior differendi occasio existet. Quoad illum jus retorsionis non absisse ad normam consti- tutionis Elec^{t.} 38. p. III. exercendum venit, utique tamen quoad gabellam detractus, cum haec dispositio Saxonica potissimum hereditates tangat.³⁹⁾ In illo tractando non praeterunda erit diuersa ratio, utrum emigratio sit ne- cessaria vel voluntaria?⁴⁰⁾ in hac autem tempus exportationis consideran- dum et simili inuestigandum erit, quo tempore defunctus vitam exhalarit. Ab illo professores academici, eorumque viduae et liberi, dummodo forum maritorum et parentum non mutarint, immunes sunt,⁴¹⁾ hanc vero iidem ab hereditatibus exportandis soluere tenentur.⁴²⁾ Intuitu illius dispicien- dum est, utrum in hac vel illa prouincia (v. c. terris Austriae) certus anno- rum numerus, quibus domicilium vere constituantur, lege aut obseruantia de- finitus fuerit; in hac vero ejusmodi restrictio non attenditur, sed mors de- functi et actus exportationis terminum ponunt. Num vero ille census unice pro odio habendus sit, ut quidam⁴³⁾ statuunt, alii judicent. Saltem non omnes ICti in eo conspirant, et in sententiis ab Ordine ICtorum Vitebergen- sium pronunciatis gabellae etiam detracatum, siue in specie sic dictum ad odiosa

relatum.

37) Gail, Obs. 36. No. 7, 10. Perez, ad tit. 38. Cod. L. X. No. 19. Brannem. ad h. tit. Kuppen, decil. 11. No. 15. Estor Th. I. §. 463.

38) Crufius de jur. der. et emig. c. I. No. 13. c. II. No. 13. Webner, Obs. prac. voc. Nachsteuer.

39) Carpzov, ad Confl. alleg.

40) Hommel, epit. juris sacr. c. VII. §. 11. 12. Gail, Obs. 36. No. 10. Perez et Brannem. I. c.

41) Mylius, de centu emigr. §. 13.

42) Berlich, P. III. concl. 52. No. 36.

43) Hommel, Rhaps. obs. 145. Horn, Jus. publ. prud. c. LX,

relatum saepius inuenimus. ⁴⁴⁾ Evidem non possum a me impetrare, ut illis, qui censum emigrationis solum ad odiosa referunt, adstipuler, cum vterque detractus, siue emigrationem, siue hereditatem tangat, quoad fauorem et odium pari passu ambulare videatur. Omnis enim gabella, licet ea ex regulis aequitatis quodammodo defendi possit, commercia tamen et conjunctio-nes ciuum, si non turbat et impediret, tamen haud parum adgrauat. ⁴⁵⁾ Quia ex cauſa domini territoriales, in fauorem ciuum gabellam detractus quoad hereditates visitatam non minus, quam censum emigrationis conuentionibus aut penitus tollere aut saltim restringere solent. Largior quidem, ipsum Clementissimum Legislatorem Saxoniam emigrationem ciuum in Mandato d. 21. Aug. 1764. ⁴⁶⁾ et Circulari d. 30. Nov. 1785. cuius copia in Mantissa documentorum sub No. V. extat, tanquam factum odiosum denotasse, cum adeo omnibus iis, qui subditos ad emigrandum quoquis modo commouent, singularis poena praeſinatur. ⁴⁷⁾ Ipsa tamen emigratio non ad delicta referenda est, sed vnicuiuslibet libero homini facultas, hunc vel illum locum relinquendi, et in alio domicilium nouum constituendi, semper manet salua, nisi singularis status ratio contrarium suadeat. ⁴⁸⁾ Imo derelictio aedium et clandestina mi-gratio ad exterias regiones omni caret poena, et multo minus fugientes vi quadam retineri aut carceri possunt includi. ⁴⁹⁾ Ratio itaque nulla appetet, cur censum de his exportationibus soluendum magis odiosum habeamus, quam detractum gabellae. Factum enim emigrationis non minus liberum est, quam factum illius, qui heredi extra regiones habitanti bona sua ultima voluntate tribuit. Quid? quod ipsius Serenissimi principis Sax. mentem super hac re in Rescripto sub d. 15. Nov. 1719. dato apertius significatam habemus, quo sermonem potissimum de gabella hereditatis fecit, neque tamen minus his verbis: Nachdem nun das jus detractus an sich odieux etc. speciatim vſus est.

§. VI

44) Werner, Obs. for. P. III. obs. 70.

45) Fischer, Rämeralrecht I. B. §. 631.

46) Cod. Aug. Cont. T.I. p. 883.

47) Berger, Oec. L.III. T.X. Th. 6. No. 2.

48) Beck, de jure emigr. c.I. obs. 4. Coceii, diss. de censu emigrat. thes. 7. Schütz, de jure detr. c.II. §. 5. Leyß, med. sp. 429. m. 3.

49) Hommel, Rhaps. Obs. 565.



§. VI.

Ex his omnibus quasi prono fluit alueo, varias qualitates utriusque censui inesse, ideoque caute admodum utriusque fines regundos, et doctrinae distinctius circa utrumque separanda esse principia. Ipse igitur, cum instituti ratio breuitatis studium mihi suadeat, hanc disputationem, dimisso censu emigrationis, ad detractum in specie, quem aut Fiscus Electoralis, aut vasalli vel oppidanis magistratus Saxonici de hereditatibus transferendis, jure quisque suo, postulant, potissimum restringam. Ut vero ordine procedam, omnis materia in quatuor commode secunda videtur partes, quarum *prima* res detractui obnoxias enumeret, *secunda* vero personas, quae gabellam hanc exigere possunt, uberioris denotet, *tertia* diuersitatem locorum, ex quibus et ad quae bonorum exportatio procedit, curatus examinet, *quarta* denique ad personas exportantes directa sit. Duas priores sectiones haec dissertatio, saltem pro parte, continebit, reliquae autem vltiori occasione, qua in arenam disputandi ascendere licebit, reseruandae erunt.

SECTIO PRIMA.

§. VII.

Gabellam detractus in specie sic dictam, de hereditatibus et omnino de bonis sive ultima dispositione, sive per modum successionis ab intestato relatis, potissimum soluendam esse, supra monitum est. Jam vero res ipsas, quae ad hanc classem imprimis referenda sunt, paulo curatus inuestigare, sive potius quasdam earum, de quibus contendit solet, diligentius definire, operae pretium erit. Nam vniuersam earum seriem persequi et omnibus numeris absolutum catalogum earum exhibere, nec amplitudo doctrinae, nec instituti ratio patitur, nec ad cognoscendam quidem juris gabellae naturam et indolem facere admodum videtur. His quidem rebus legata et fideicomissa inesse, jam extra dubitationis aleam positum videtur. Num vero etiam donationes mortis causa cum illis pari passu ambulent, id est, quod juris interpretibus passim crucem figit. Plerique ⁵⁰⁾ negant, de donatis mortis causa

⁵⁰⁾ Berlich, P. III. concl. 52. No. 58 — 60. Jac. Cuiac, Lib. II. ad Afric. in l. 23. ff. d. m. c. don. Schröter, I. cit. §. 61.

causa gabellae exactioni locum esse, nisi statuto cautum, aut consuetudine introductum sit, partim quia donationes in odiosis non sint instar legatorum, partim vero quod vicem contractuum sustineant. Sed utraque ratio non videtur magni ponderis esse, et eodem modo legatis, de quibus tamen intuitu gabellae nulla dubitatio mouetur, accommodari posse.⁵¹⁾ Donationes m. c. enim hodie non amplius stipulatione, sed coram testibus, exemplo legatorum, perficiuntur.⁵²⁾ Et quamvis adhuc hodie quaedam differentiae inter haec et donationes mortis causa se exferant, tamen haud dubie in eo conueniunt, ad quod in materia detractus potissimum respicitur. Ut in casum mortis directae dispositiones nimur non prius, quam post mortem legantis, siue donantis, effectum habere possint et ad hereditatem tamquam partes illius pertinent.⁵³⁾ Nec vero odium detractus, ad quod dissentientes confugunt, tantam vim habet, ut veram rerum naturam mutare valeat. Nec omnino certa usquam regula stabilita extat, secundum quam bona per modum contractus extraneis delata immunitate detractus gaudeant. Saepius etiam rerum usu euenerit, ut de iis bonis, quae per donationem m. c. ad extraneos delata essent, gabella detractus in Saxonia, ad jussum regiminis supremi exacta et soluta fuerit. Secus contra judicatur respectu donationum inter viuos; has enim a detractu liberas esse, non solum Icti auctoritate pollentes comprobant,⁵⁴⁾ sed etiam quotidiana fere docet experientia, ejusmodi donationi, quae inter viuos fit, nec cum hereditate quidquam habet commune, immunitatem a detractu competere, nisi statutum vel consuetudo singularis aliud legitime introduxerit. Quapropter Regimen supremum Electorale his rationibus motum Praefecto Mutzhenensi sub d. 13. Sept. 1787. interdixit, ne gabellam a pecunia donata acciperet, vti ex Rescripto sub No. VI. hic adjecto clarius patet.

B 2

§. VIII.

51) Müller, Resol. March. XV. *Patriarch*, anal. jur. detr. for. Sax. accomm. §. 12. *Anonym*, Not. 7. ad Schwanm. *Knipfsbild*, de jure et priuili. civit. Imperial. c. XXVI. No. 29.

52) Böhmer, introd. in jus Digest. L. XXXIX. T. VI. §. 11.

53) Bauer, Opus Acad. XXV. Böhmer, Introd. in i. Digest. L. XXXIX. T. VI. §. 7. Schütz, de jure detr. c. IV. §. 19. Carpov, c. XXXVIII. P. III. def. 1.

54) Hommel, Rhaps. Obs. 445.



§. in VIII.

Legata vero praesertim ad eas res, de quibus gabella detrahitur, haud dubie pertinere, omnes fere Doctores vno velut ore testantur.⁵⁵⁾ Nec hae fitandum videtur in responsione, qua dubium illud, an heres ipse, vel legatarius praefet gabellam? resoluatur. Haec enim non ad sumptus transmissionis referenda, sed potius onus est, quod legatario ex sua persona incumbit, quoniam odio externorum introducta est.⁵⁶⁾ Nec ab hujus praestatione immunitas legatis ad pias caussas necessario tribuenda est, praesertim si is, qui gabellam exigit, hanc alii et domesticae piae caussae applicare velit. Quamuis enim haec legata ex plurimorum sententia⁵⁷⁾ singulare quodam fauore et immunitate imprimis a deraetu gaudeant; tamen his non omnino adstipulandum, sed potius ad confuetudinem cuiuslibet loci et statum paectum respiciendum, exinde vero decisio petenda esse videtur. Euenerunt enim in foris faxonicis casus non pauci, vnde apparet, nunc pro gabellae exactione, nunc contra pro immunitate legatorum ad pias caussas pronunciatum fuisse, nec generalem regulam pro hac immunitate ita fuisse stabilitam, quin ab ea pro varia circumstantium rerum figura, praesertim tunc discedere licet, cum de exportatione rei ad piam caussam legatae eo locorum sermo esset, vbi aequalis immunitas legatis ejusmodi foras exportandis non itidem tribueretur. Neque tamen negandum, remissionem illius detractionis in his facilius procedere, quam in aliis legatis, dummodo reuersales ab altera parte non denegentur. Eodem modo legata annua, sive perpetua, sive temporalia, nullam exceptionem a regula parant et haud dubie detractionem gabellae patiuntur, licet ysurae, si solae exportentur, non vbiuit gabellae detractioni obnoxiae sint, et exinde ad annuas praestationes argumentum duci non incommode possit.⁵⁸⁾ Retinent enim qualitatem legatorum, etiam si incertam habeant aestimationem et quotannis repetatur solutio. Id, quod jamiam ex Quartae Falcidiae detractione patet, quae, vti in aliis legatis, et in his annuis locum habet

55) Berlich, P. III. Concl. 52. No. 39. sq. Beck, v. Abschöß und Nachsteuer, Obs. 11. Thomasius, de jure detr. §. 31.

56) Hommel, Rhaps. Obs. 215. Carpzov, P. III. Const. 38. def. 20.

57) Tusch, Tom. IV. concl. 5. No. 28. Schröter, de gabella detr. §. 59.

58) Crufius, de jur. detr. c. XII. §. 11. Tusch, l. c. concl. 4. No. 17.

bet, cum hac tantum limitatione, ut in perpetuis ex praescripto l. 3. D. ad leg. Falcid. in temporalibus autem secundum l. 68. d. tit. detrahatur. ⁵⁹⁾

§. IX.

Quid porro juris sit, dispiciamus, si legatum forte in chirographo quod dicunt steurali vel camerali (Landschafsl. Obligation oder Kammerfideikassenschein) consistat. In hac singulari specie de eo quidem dubitandum non est, quin juri detractus ejusmodi nomen legatum non minus, quam cetera nomina, subjaceat. Verumtamen respectu gabellae aestimationem recipit legatum ejusmodi chirographum vel pro summa pecuniae, quam deberi et pro sortis exeuntis ordine aliquando solutam iri chirographum loquitur, si legatarius hoc ipsum chirographum, sive, quod idem est, nomen vniuersum; vel pro redacta inde pecuniae summa, si non ipsum chirographum, sed vendito hoc, (cum in commercio diurno sint hae tabulae,) nummos tantummodo sive premium inde redactum minorem ut plurimum summam efficiens exporteret. Ex veris igitur iustitia et aequitatis regulis, quae de majori pecuniae summa detractionem fieri non patiuntur, quam vere exportatur, omnis res profecto diiudicanda est. Quod comprobatum habemus per Rescriptum praefecto Dresdensi sub 8. Maii 1770. datum et in Mantissa sub No. VII. adjectum. Pari modo ratione monetarum generis, si forte ad Normam Mandati Elec^t. de 13. Jun. 1763. ⁶⁰⁾ reducenda sunt, aequitas non minus etiam suadet, ut detractus gabellae tantum pro ea quantitate, quae, reductione facta, remanet et vere exportatur, ab accipiente exigatur, uti saepius judicatum memini et plures Dd. adstipulantes habeo. ⁶¹⁾ Caererum autem silentio non praeter-eundum, detractionem de bonis legatis omnino cessare, si legatarius extra-neus ante heredem in prouincia remanentem moriatur, l. vn. §. 2. et 5. Cod. d. cad. toll. l. 5. D. quand. dies leg. ⁶²⁾ Nec ad rem aliquid facit, etiam si

B 3

princeps

59) Böhmer, Introd. in jus digest. L. XXXV. T. II. §. 11.

60) Cod. Aug. Cont. T. I. p. 1623.

61) Hahn, Observ. ad Wesembec. p. 1. ad tit. de reb. cred. No. 12. Anzonin, thesaur. dec. 174. Franzk. Ex. 9. qu. 3.

62) Böhmer, i. Dig. L. XXXIV. tit. 4. §. 4. Hellfeld, Jurisp. for. L. eod. tit. 5. §. 1558. L. XXX. §. 1525. Berger, Oec. L. II. T. IV. th. 30.



princeps ad epistolas magistratum forte ante solutionem legati missas in response data jussit, ut illi legatario pars quota gabellae loco detraheretur.

§. X.

Hoc loco quaedam de dote, et, ob paritatem naturae, de donatione propter nuptias delibare licet; sed tantum veluti per saturam. Alii enim doctiores⁶³⁾ jam curatissime rem docuerunt, et simul notabiliores auctores in utramque partem adduxerunt, ut plura his addere, plane superfluum videatur. Multo minus dubium remanet, si sermonem faciamus de dote tanquam hereditatis parte ad exterum veniente, aut in hanc conferenda. Notum enim est, ea, quae jam antea soluta sunt et nunc imputantur, ex fictione juris pro praesenti hereditatis parte habenda esse.⁶⁴⁾ Nec distinctio inter dotem profectitiam et aduentitiam rem difficiliorum reddit, cum Rescripti in Saxonia sub 1. April 1721. dati non tanta sit in summo Regimine auctoritas, quantum Dd. plerumque illi tribuere solent.⁶⁵⁾ Quemadmodum vero immunitas quadam a detractione gabellae ex illo neutiquam probari potest; ita etiam in causa dotis et aliorum bonorum ex hujus natura dijudicandorum ad consuetudinem locorum potissimum respiciendum erit.⁶⁶⁾

§. XI.

Praeterea quod annua principis stipendia (vulgo Pensions) attinet, haec si fortasse residua et tanquam pars hereditatis extero heredi transmittenda sunt, detractionem gabellae haud dubie evitare non possunt. Quam sententiam per Rescriptum a Curia Elect. suprema Praefecto Dresdensi sub d. 24. April

1780.

⁶³⁾ Kind, diff. de dote a detractu haud libera. Rherius, diff. de sarcina emigr. Rechenberg, progr. de opin. doctor, quae in detr. mod. par. seru. Strauben rechtl. Bedenk. Th. V. D. 143. Eugen P. II. S. II. resp. 57. No. 12.

⁶⁴⁾ Mason, diff. d. coll. bon. Leyfer, med. ad ff. sp. 410. m. 1.

⁶⁵⁾ Schauburg sachs. Recht, Th. I. Exere. 7. §. 8.

⁶⁶⁾ Eisenhardts Erzähl. von besondern Rechtshändeln, Th. II. pag. n. 7. Puttrich, annal. jur. detr. f. Sax. accom. §. 13.

1780. datum bene corroboratam habemus. Nec vila videtur iniquitas inesse, licet ejusmodi stipendia ex mera principis gratia profluant, praefertim quod beneficiariorum illa stipendia plerumque in ipso principis territorio consumere oporteat. Quod si etiam a defuncto non factum sit, nec fieri potuerit, propterea quod stipendum, dum in viuis adhuc erat, non acceperit, sed tanquam residuum ad heredem illud peruerterit, hic nihilominus rempublicam indemnum prae-stare debet. Num vero ad easdem rationes in beneficio, quod clericorum viduis et liberis ex anno gratiae competit, recurrere valeat, equidem dubitem. Hoc enim titulo singulari, non jure hereditario, defertur,⁶⁷⁾ adeoque non ad hujus naturam respici potest, secundum Decis. Elec. XLVIII. d. a. 1661. Diuissim nimirum fit in capita, et hoc principis beneficium tribuit jus persona-lissimum, cuius singularis natura praecipue in successionis modo sese exserit.⁶⁸⁾ In fauorem viduae nempe et liberorum solum introductum est, nec diminu-tionem patitur, etiam si unus vel alter illorum extra prouinciam, in qua de-functus clericus munere suo functus sit, domicilium colat. Singularis quoque fauor hujus beneficii, vel potius illud partem hereditatis et bonorum defuncti clerici non efficere, jam ex eo apparet, quod illa lucra annalia ob clerici de-functi debita nec inhibitione nec arresto grauari possunt. Inde gabellae de-tractionem huic beneficio principis sub nomine anni gratiae concessio non conuenire, existimauerim. Nec casum existere memini, quo Regimen Electo-rale supremum hujus exactionem unquam jusserit. Praeterea si cui nihilomi-nus res dubia adhuc videatur, hunc ex iis principiis, quae intuitu piarum cau-sarum usi fori nostri recepta sunt, de immunitate hujus beneficij a gabella de-tractus persuasum cupiam, siquidem annus gratiae salarium clericorum, quod prius cauiss annumeratur,⁶⁹⁾ haud dubie complectitur.

§. XII.

Elegans adhuc superest quaestio de bibliotheca, quae forte tamquam pars hereditatis exportatur. Sunt quidam,⁷⁰⁾ qui eam detractui obnoxiam non

⁶⁷⁾ Rees Handbuch des protestantisch. Kirchent. §. 129.

⁶⁸⁾ Bübmer jus eccl. prot. P. II. L. III. T. V. §. 292. Kühner, ad Deyling. Prud. past. P. II. c. III. §. 42. et 44. Not.

⁶⁹⁾ Berger, Oec. L. II. T. IV. Th. 9. Not. 1. Bübmer, intr. in jus Dig. tit. 26. §. 23.

⁷⁰⁾ de Lynker, Vol. II. resp. 174. No. 49. et 50. Beck v. Abschöß und Nachsteuer, Th. I. obs. 17.



non esse, vel quia supellestilem librariam singulari frui fauore et ad res, de quibus vestigalia soluuntur, neutiquam pertinere existiment, vel quia bibliothecae inter res steriles, vnde pecuniaria utilitas et foenus deriuari nullum possit, sit referenda. At vero quum neque ex natura vestigalium stricte sic dictorum detractum judicare fas sit, nec immunitatis regulam ex nummaria utilitate, quam possessor defunctus de quadam re vel exiguum, vel plane nullam percepit, elicere stabilitam,⁷¹⁾ non possum a me impetrare, vt in illorum partes discedam, qui supellestili librariae immunitatem a gabella tribuendam censem. Existimauerim potius, hanc, et quidem nullo seruato discrimine, vtrum defunctus fuerit eruditus, vel heres ejus forte opificium exerceat, soluendam esse. Nec tamen omnem omnino immunitatem, siquidem haec ex singulari consuetudine vel statuto probari possit, in dubium vocarim. Quam sententiam ipsum Regimen Electorale supremum approbauit in Rescripto Curiae Wurzenfi d. 6. Mart. 1780. dato, quo detractio gabellae de bibliotheca ab Ephoro illius loci relata, pro justa et licita dijudicata fuerit. Contra jure reciproci, quia in prouinciis sceptrō Borussiaco parentibus bibliothecae rebus a detractu immunibus adnumerantur, jure prouinciali vel consuetudinario particulari, vicissim etiam ex Lusatiae inferioris pago, Gehren dicto, bibliothecam defuncti pastoris a detractu immunem ad Borussos transferri permisit sanctius consilium per Rescriptum ad Regimen Lusatiae inferioris sub d. 2. Mart. 1764.⁷²⁾ datum. Idem de instrumentis rusticis vel opificiariis dicendum esse, equidem putauerim.⁷³⁾

§. XIII.

Quod si vero de rebus, quae detractionem gabellae admittunt, generatim loquamur, facile patet, divisionem in res mobiles et immobiles non

plane

⁷¹⁾ Corbmann resp. Acad. XI. No. 165. XIX. No. 3. Saufsta Beweis, daß das Recht der Nachsteuer ein Negale sey.

⁷²⁾ Cod. Aug. Cont. III. p. 310.

⁷³⁾ Choppin, d. priuili. rust. L. II. c. 3. Sixtin, d. regal. L. II. c. VI. No. 127. Tiefb, concl. pract. Lit. A. concl. 247. No. I.

plane otiosam esse, quia respectu illarum regulariter ad domicilium et forum defuncti, in his autem ad locum rei sitae respiciendum est.⁷⁴⁾ Apparet hoc ex Rescripto Praefecto Rochlizeni sub d. 10. Jun. 1776. dato, infra sub No. VIII. adjecto, quo jussum, ut mobilia defuncti pastoris Gros-Milkauensis absque detractu, immobilia vero sub jurisdictione inferiore Schleiniziana sita, non, nisi gabella ex consuetudine soluta, aut non, nisi datis litteris reuer-salibus, heredes sequerentur. Amplissimum illum rerum variarum catalogum, quae, licet res mobiles videantur, tamen ex semel receptis principiis ad immobiliarem referuntur hereditatem, huic scripto inserere, mei non esse puto.⁷⁵⁾ Possunt, qui velint, ex fontibus ipsis et pluribus Juris civilis commentariis, simili etiam ex singularibus hanc doctrinam tangentibus scriptis⁷⁶⁾ copiosius haurire. Contra ea insigniores quasdam in foro agitatas quaestiones, quae diuersam bonorum immobilium naturam attingunt, plane praetermittere non possum. Inprimis occurrit illa super bonis feudalibus et allodialibus tractata quaestio, an vtraque detractui subiacent? Et haec quidem profecto affirmanda est, quicquid alii dispurent.⁷⁶⁾ Nam, et si bona a nobilibus defunctis relicta, ex obseruantia in plurimis Germaniae locis recepta, a detractione gabellae libera sint, vii alio loco commodior differendi occasio existet, tamen illa regula non vbiique caret exceptione et restrictione. Nec omnino haec immunitas a natura praediorum equestrium deriuanda est, cum neminem fugiat, feuda etiam a ciuibus acquiri posse. Vnde et cum ne bona quidem auita quoad jus detractus gaudent praerogativa, Regimen Electorale supremum in Rescripto sub d. 24. Nov. 1773. Praefecto Arnshaugkensi dato Mantissae sub No. IX. adscripto, non obseure significavit, quaestionem, vtrum detractus solvendus sit, nec he? discrimin inter bona feudalia et allodialia non spectari. Quapropter feudum pecuniarium, quod proprie Lehnstamm audit, et pecunia

74) Gaii, obseru. præf. L.II. obs. 124. No. 18.

75) Barth, van der Gerade. Sommer, Pertinentien- und Erschöpfungsregister, Christopher Schreiber, de rebus mobilibus in perpet. rei usum destinat.

76) Beck, de jure. detr. P.I. c. VII. obs. 2. Colerus, d. proc. execut. P.II. c. III. No. 273.



cunia Lehnsquantum dici solita, nisi aliae rationes immunitatem suadeant, haud dubie detractioni gabellae subiacent et ejusmodi caussam quidem anno 1768. agitamat in Actis coram Praefecto Schweinitzensi gestis decisam habemus. Attamen silentio non praetereundum est, in exactione detraictus de praediis equestribus et rusticis interdum alio respectu bonorum equestrium et rusticorum ad discrimen esse respiciendum, eo nimurum maxime casu, si forte vnum idemque defunctus utraque possederit, et, vt sit, ita commiscuerit, vt sere vnum praedium, puta equestre, esse videatur. Quo casu separatio vtrorumque ita fieri debet, vt bene intelligatur, quid vere bonum feudale et quid rusticum sive allodiale sit, quoniam de illo dominus directus, dummodo simul jurisdictione super hoc gaudeat, de hoc vero dominus jurisdictionis, a quo possessor inuestitus est, tamquam iudex rei sitae, regulariter detraictum capiat. Plura super hac re clementissimum Rescriptum Praefecto Tennstädtensi d. d. 11. Nou. 1788. datum continet, cum simul jubet, vt hic veram conditionem eorum immobilium, quae defunctus possessor praedio equestri adjunxerit, diligenter eruat et simul, a quoniam contractus emtionis respectu illorum immobilium feudo admixtorum confirmatus sit? in relatione perspicue indicet.

§. XIV.

Restat, vt etiam de regula notissima: Surrogatum sapere naturam eius, cui surrogatur, adhuc addam, hanc diuerso modo in doctrina de gabellae detractione applicari posse. Non solum enim heres extraneus, etiamsi praedium ex hereditate acceptum vendat, gabellam de pretio praeftabit, sed et magistratus, cui census emigrationis de praedio emigrantis in casu emigrationis competit, hanc gabellam de pretio ex venditione praediis redacto suo jure exiget.⁷⁷⁾ Quam rem exemplo illustrare possumus notatu digno. Si nempe pecunia pro noua exstructione diruti vel exusti aedificii ex principiis gratia soluta (Baubegnadigungsgeld) in hereditate forte extero heredi relicta adhuc extat, ab hac, tamquam surrogato, gabella

⁷⁷⁾ Crufius, d. jure detr. c. XII.

bella competet magistratui rei sitae. Nec quaestio mouenda erit, quamdiu defunctus vel ejus heres possederint praedia, nec facile inuestigatio insti-tuenda erit, vtrum bona in hac prouincia, qua defunctus viuit, vere acqui-sita, vel ex patria in illam transportata fuerint. Hoc enim difficillimam probationem inuolueret, nec ad fundandam intentionem gabellam exig-en-tis vel principis vel magistratus opus est; cum ad hanc fundamenti satis fit, exportationem fieri, illaque bonorum reipublicae vniuersorum fieri imminutionem. Accedit, principem Saxonie nondum indicasse certum annorum aut mensium numerum, per quos novo cui ex alia prouincia in Saxoniam migranti vel hujus heredi liberum manere debeat, praedia acquisita absque detractus solutione vendere et territorium relinquare.

§. XV.

Inter ea autem, quae sub nomine hereditatis exportantur et detractui obnoxia sunt, res vtensiles et expeditoriae majoris sunt momenti. Sed, quoniam in his praesertim ad consuetudinem locorum, ex quibus exportantur et ad quae transmituntur, respicendum est, uberiorem earun-dem tractationem ad tertiam hujus libelli partem referuo, in qua de diuersitate locorum plura verba facere licebit. Pari modo de debitis et creditis, quae in hereditatibus saepe occurunt, commodior differendi occasio nascentur tum, quum de personis exportantibus singularis sermo fieri. Illa enim offibus quasi inherarent, et sic a creditoribus non absque injuria separantur.

SECTIO

C 2

SECTIO SECUNDA.

§. XVI.

Ordo igitur nunc ad eos dedit, qui jure detrahendi gabellam gaudent; qua in re et facilius via sit, non solum inter *Principem ipsum*, sive *Fiscum Electoralem* et eos, qui *jurisdictione patrimoniali* gaudent, distinguendum esse viderunt, sed etiam casus bene separandi sunt, quibus exportatio fit *extra Saxoniam* ab iis, vbi non quidem ex territorio, *ex una tamen jurisdictione* in alteram exportatur, tandem inter exercitium detractus distinguendum est, quod fit *jure retorsionis*, et quod fit *proprio jure*, sive *ex legitima possessione* et consuetudine, aus einem wohlergebrachten Bezugnisse.

§. XVII.

Principis jura in detrahenda gabella non solum bona immediatorum ciuium, sed et majorum magistratum, quibus ipsis gabellae detractio competit, spectare, jam ab alis⁷⁸⁾ prolixo demonstratum est. Et si quo ad Saxoniam dicendum, quod res est, saepe vidimus, Fiscum Electoralem de hereditate vasallorum et aliorum praerogativa Schriftsuffia fulgentium, vel foro priuilegiato gaudentium gabellam detractus exegisse et accepisse. Nec e contrario peritores fugiet, magistratus patrimoniales, etiamsi detractus jure ipsi gaudeant, hoc tamen in regula tantum intuitu subditorum et bonorum immobilium sub sua jurisdictione sitorum, exercere, non autem ad bona mobilia Schriftsuffiorum vel alio foro priuilegiato gaudentium extendere posse, licet hi sub eorum jurisdictione habitarint, sub eadem vitam finierint et bona mobilia reliquerint. Schriftsuffii enim, respectu muneric vel

78) Fischer's Kammeralrecht, Th. I. §. 627. Klingner's Sammlung zum Dorfs- und Bauernrecht, Th. IV. Kap. 3. Corbmann, resp. Acad. XX. No. 58.

vel dignitatis, pariter ac possessores bonorum Schriftlassiorum ab inferioris judicis jurisdictione sunt exempti, quum forma et essentia Schriftassiorum in praerogativa immediatae subjectionis consistat.⁷⁹⁾ Sic Rescripti sub die 6. Dec. 1788. senatus oppidano cuidam dati memor sum, quo huic injunctum est, ut detraectum, quem ex mobiliari hereditate defuncti Registratoris in prefectura Electorali ejusdem loci sacramento adstricti, vi jurisdictionis, exegerat, jam restitueret, et in posterum a rebus mobilibus personarum illius jurisdictioni non subjectarum, etiam si sub ea habitassent et spiritum exhalassent, gabellam exposcere abstineret. Hoc de persona, quae foro priuilegiato gauisa erat. Simili modo de Schriftassio mentem Serenissimi declaratam habemus in Rescripto a Regimine supremo Elect. Praefecto Vitebergensi d. d. 20. Nou. 1787. dato, per verba sequentia:
 Da nun die Defuncta bey Lebzeiten ihres Chemannes ein schriftsaessiges forum gehabt, und solches durch den Gutsverkauf nicht mutiret worden, mithin der Abschaff dem dir anvertrauten Amte gehueft; so ic. Vnicam tamen exceptionem in dubium vocare non possumus, si nempe magistratus patrimoniales, praesertim in casu introductae possessionis et juris quae sibi simul docere valeant, consuetudinem singularem, personas etiam fori priuilegio gaudentes sub ipsorum jurisdictione habitantes, suo juri, gabellam exposcendi, subjecisse et tam late patere, vt de bonis eorum omnibus exportatis sibi, domiciliis judicibus, gabella hactenus soluta fuerit. Quae omnia ita se habent et intelliguntur, hereditas transeat ex Saxonia in aliud territorium, siue tantum intra Saxoniam ex una jurisdictione in alteram.


§. XVIII.

Multo difficultior autem quaestio erit enodatio, vtrum, si bona defuncti Schriftassii ex prefectura principis immediata, quae legitimam detractus consuetudinem hoc in casu probare non potest, in aliam transferuntur jurisdictionem ejusdem territorii, Fiscus Electoralis nihilominus

C 3

gabellam

79) Bauer, opusc. Acad. XLVI. Stiru. de Schriftass. c. I.



gabellam exposcere possit? Sunt, qui sequentibus rationibus ducti hoc affirmare malint: *Primo* ajunt, ab immunitate subditis praefecturae immediatis competentे non statim ad eminentiores in praefectura, puta Schriftsässios et alio fori superioris priuilegio gaudentes, argumentum valere, praesertim, si casu inuerso priuatus magistratus gabellam de bonis Schriftsässiorum vi juris exigeret quaesiti; *Deinde* legem Saxonicam per Generale d. d. 9. Mart. 1747.⁸⁰⁾ latam de immediatis quidem Electoralium praefecturarum pagis sermonem facere, non autem de pagis vasallorum (Amts- und Schriftsässer-Dörfer) hac lege nominatum exceptis, ergo eam nec Schriftsässios nec aliis fori priuilegiatis applicari posse. *Potremo* principem caussam detractus bona fori priuilegiatorum respicientem huic vel illi praefecto Electorali committere, et sic omnem rem ad praefecturam illam, quae jus detractus quaesitum et legitime demonstratum exercet, pro lubitū deuoluere, hoc modo autem exceptionibus forte remanentibus obuiam ire posse. Magnopere autem dubito, an haec recte satis et vere disputatione. Nam *primo* omnis caussa detractionem gabellae tangens, intra Saxoniam si exportatio sit, ex semel recepto et saepius comprobato principio, quod in decisione nouissima VI. d. a. 1746. fundamentum haber, ita diuidatur, ut nec retorsio vñquam admittatur, nec omnino gabella praedicta in casibus intra Saxoniam obuenientibus exposci possit, nisi, jus eam exigendi, legitima possessione introductum et bene comprobatum fuerit. *Deinde* quamquam laudatum Generale d. 9. Mart. 1747. tantum de bonis, quae ex praefecturis Electoralibus transportantur, illis exportationibus exceptis, quae fiunt e pagis Amts- et Schriftsässiorum, loqui, nec speciatim de exceptione casus in hac §. propositi sermonem facere videatur, nec omnino de vrbibus aut oppidis aliquid jubeat; tamen haud dubie ex hac lege clarissime elucescit, omnem rem, Schrift- et Amtssässios tangentem, in saluo mansisse et vsque ad sequentem in hac lege simul annunciatam dispositionem, (quae tamen adhuc hodie expectatur,), suspensam fuisse. *Potremo* ille tantum praefectus Electoralis, sub cuius districtu Schriftsässius quidam habitat aut bona possidet, in regula caussam hereditatis tanquam judex eompetens gerit, ut ex formula sequenti apparer, quae rescriptis saepius inseritur: Nachdem nun das Abzugsgeld unserm fisco, mithin dessen Erhebung

⁸⁰⁾ Cod. Aug. Cont. T.I. p. 365.

hebung dem dir anvertrauten Amte zugehört; so begehren Wir ic. Etsi vero concedam, a principe pendere, cuinam hanc caussam committere, et utrum praefecturae Electorali jure detractus gaudenti eam delegare velit, tamen omne dubium hac re statim euaneat, si modo perpendere velimus, semper eundem fiscum, Electoralem pura, manere, nec mutationem fori, stricte sic dicti, adesse, licet mutatio loci non omnimodo neganda videatur. Quid? quod principem hac in causa admodum intricata prouidissimum cognoscimus ex tenore Rescripti Praefecto Belzigeni anno 1783. transmisi, cum ante omnia ex eo quaesuerit, ob das angezogene Besigniß des Amtes auch auf schriftsässiger Vasallen, an deren innerhalb Landes seß- und wohnhafte Erben zu verabsoltendes Vermögen sich erstrecke?

§. XIX.

Es his igitur patet, in exactione gabellae, siquidem de translatione bonorum ex una jurisdicione in aliam ejusdem prouinciae loquamus, ad jus legitime introductum et speciatim demonstratum praeprimis respiciendum esse. Simil quoque apparet, vasallorum saxoniorum partes, jure ipso satis demonstrato, interdum meliores esse posse, quam ipsius fisci Electoralis. Illi enim non solum de bonis subditorum suorum, stricte sic dictorum, sed etiam de bonis Schriftässiorum et foro priuilegiato gaudentium, si haec ad heredem in Praefectura Electorali habitantem forte veniant, ex jure praescripto, speciatim ad illa bona directo et satis probato, gabellam exposcere possunt. Quod, princeps ipse justissimus nec impedit, nec ob defectum ejusdem juris in illa praefectura inquam prohibet, nec in casu inverso retorquet. Quicquid igitur alii ^{8*)} dispergunt, dubium tamen non remanet, quin vasillus, legitimo suo jure demonstrato, ex bonis antecessoris sui in praedio equestri, vel ex bonis horum heredum, etiam si nobiles nec tamen Schriftässii sint, detractum accipere possit, dummodo hi sub illius jurisdictione vixerint et e vita discellerint. Nec analogiae juris repugnat, si vasillus de bonis eorum, qui singulari officio illi adstricti sunt, v. c. Justitiarii, Actuarii, Administratoris oeconomiae, aliorumque, dummodo hi sub jurisdictione vasalli usque ad obitum

^{8*)} Berlich, P. III. concl. 52. No. 29.

obitum domicilium vere habuerunt, gabellam legitime probatam detrahit. Et omnia, quae hic de vafallis notata sunt, etiam de alio magistratu oppidano, iisdem juribus praedito, recte possunt intelligi. Multis etiam exemplis illustrare possem, nisi breuitati studendum esset. Modo enim princeps ejusmodi jura a magistratibus rite deducta ex omni parte approbavit, modo si haec non satis fundata apparuerunt, vtterius exercitum in detractu exigendo prohibuit. Vnum ex his addere sufficiat Rescriptum ad senatum Schneeburgensem sub d. 29. Jan. 1787. transmissum et in Mantissa sub No. X. adjectum. Secundum hoc nimur illi iniunctum est, vt, quia possessionem allegatam, qua de mobilibus Schriftsässorum et foro superiore gaudentium detractum exigere posset, non satis probatam exhibuisset, talem exactiōnem gabellae in posterū omitteter.

§. XX.

Quemadmodum igitur ex dictis abunde cognosci potest, in jure detractus quaesito ad hujus legitimam praescriptionem ac possessionem et distinctam probationem omnia fere redire; ita etiam instituti ratio postulat, vt plura de his in medium proferam. Ante omnia vero monendum est, hic ad illam praescriptionem, qua priuatus contra principem in acquisitione juris detractus, sine respectu ad jurisdictionem jam concessam, vitetur, sermonem meum haud directum esse; haec enim regalia tangit et exinde tempus requirit immemorale.⁸²⁾ Sed potius eam intelligo praescriptionem, qua ipse princeps, vt et quilibet magistratus patrimonialis, presupposito iurisdictionis fundamento, jus detractum exigendi, tanquam annexum jurisdictionis, pluribus actibus, tempore lege definito, ceterisque concurrentibus requisitis, legitime acquisiuit. De praescriptione, inquam, acquisiitu, quae apud nos audit wohlhergebrachtes Abschessbesugniß, et quae bona ex una prouincia in aliud territorium, vel saltem ex una jurisdictione in aliam ejusdem prouinciae jurisdictionem exportanda spectat. Omnino vero, causas detractus, quae vel fiscum Electoralem, vel

⁸²⁾ Ockel, de praescritione immem. Leyser, med. ad ff. sp. 454. m. 3. Böhmer, de praescr. contra leges §. 16. Hellfeld, jurispr. for. §. 1775. 1776. 1777. 1778. 1779. 1780. 1781. 1782.

magistratum patrimoniale tangunt, in hac praescriptione siue juris quaestu acquisitione, uti et in hujus probatione a se inuicem plane non differre, hic notari meretur. Experiētia enim docet, praefecto Elec[t]orali eodem modo, ac magistratu[m] jurisdictione patrimoniali praedito, nata dubitatione vel controuersia, incumbere, vt jus detractus, rite introductum, ante exactionem gabellae, sufficienter demonstret. Quod ex pluribus Rescriptis a Regimine Supremo Electorali datis, quibus praefectis non minus, quam magistratis patrimonialibus legitimae probationes talis juris saepius injunctae sunt, satis significatum habemus. In iis tamen quaestionibus, vtrum bona, extra Saxoniam in aliam prouinciam sub aliis territoriis sitam, an vero ex una jurisdictione in aliam ejusdem prouinciae, transportentur? differentia haud leuis quoad probationem illius juris quaestii se exserit. *Illi* enim casu sufficit, quamvis praescriptio Saxonica, quae dicitur, puta XXXI. annos, VI. septimanas et III. dies continens, ad nouissimum usque simul tempus producatur, nisi conuentio a principe cum aliquo domino territoriali respectu detractus interim inita, completionem forte impedit; *hoc* vero, ex principio semel recepto, necesse est, vt tempus hoc praescriptionis ante mensem Julii ab anno R.S. 1746. retro computandum jam fuerit absolutum et completum. Quod ex recta interpretatione Decisionis Elect. VI. nouissimae de hoc anno sicut, cum haec quidem jus detractus legitime introductum trahatur et exercitium ejus in exportatione bonorum intra fines Saxoniae contingente admittat, omnem vero retorsionem interdicat et omnino ad leges prohibitiuas, quae praescriptionem interrumpunt et ulteriorem ejus cursum impediunt, referenda sit. Quemadmodum vero contra ejusmodi leges nulla, nisi forte immemorialis, praescriptio attendenda est;⁸³⁾ ita etiam sequitur, praescriptionem longi vel longissimi temporis a publicatione legis prohibitiuas neque incipi, neque inceptam absoluere et ad finem perduci posuisse. Quin eo minus res amplius dubia esse videtur, quum Regimen Dresdense in iis adeo caussis gabellae, in quibus ipse Principis fiscus eam depositus, hunc computationis modum justissime desideret. En! Rescriptum Prae-

83) Leyser, med. ad ff. sp. 461. Puffendorf, T.I. ob. 151. Heimburg, de praef. im-
mem. contra leges prohib. valente.

Praefectio Heidrungensi sub domigi Nou. 21 1785. datum in Maritissa sub No. XI. verborenus insertum! In eo nemirum ipsi Justiciariorum Electoratum iussum est, ut itales casus, qui bonorum exportationes ante annum 1746. perfectas et gabellam ex his solutam continerent, pro corroborando de tractus jure uberioris indicaret.

Quid autem ad hujus juris possessionem legitimam potissimum requiriatur, jam ex primis juris principiis, ne tironi quidem incognitis, et praesertim e doctrina de praescriptionibus cogniti omnes habemus. Omnes enim sere regulae, quae de praescriptione iurium acquisitiua valent, etiam hic applicari possunt. Quapropter hujus juris consuetudinarii probatio, quoad bonam fidem et iussum titulum, non adeo difficultis viderur, siquidem exactio gabellae, ut supra §. II. notauit, pro annexo jurisdictionis plenumque habetur et exinde in editis venditionis sub hasta, vel albo publico, (quae vulgo audiunt Subhastationsanschläge und Matrikel,) catastris, matriculis, libris censualibus, Amts Guts Erbbüchern, Erbregistern, Matrikeln, inter iura praedio vel praefecture inhaerentia, si nominatim recensita inuenitur, jam jam quandam pro possessore praesumptionem facit, utri et libri censuales haud parum adjuvare valent. ⁸⁴⁾ Ita etiam ratione temporis lege definiti res admodum facilis redditur, cum ex judicato celeberrimi Ordinis Clerorum Lipsiensi, probato temporis inicio et fine, intermedium praesumatur. ⁸⁵⁾ Nec analogiae juris aduersari viderur, si de laudemii praescriptione acquisitiua ad gabellae detractionem argumentari et caussam ex Generali d. d. 3. Nou. 1751. ⁸⁶⁾ ob paritatem rationis dijudicare velimus. ⁸⁷⁾ Hoc enim

⁸⁴⁾ Rhetius, de farc. emigr. c. II. No. 26. Carocetus, de quota detrac. §. 43. Crustus, l. c. c. XXI. §. 15.

⁸⁵⁾ de Winkler, ad Berg. Oec. L. II. th. 24. No. 9.

⁸⁶⁾ Cod. Aug. Cont. T. I. p. 379.

⁸⁷⁾ Berlich, l. c. No. 63. Bonbüsser, diss. qua jus detrac. superior. territ. vindic. §. 41.

modo sufficiet, docuisse, gabellam per XXXI. annos, VI. septimanas et III. dies vere solutam fuisse, nec aduersarium demonstrasse contrarium actum intra hoc tempus forte perfectum. Quae res tunc adeo procedet, vt, etiam si contra unum vel alterum, hoc jus tantum exercitum fuisse, probatum fuerit, tamen contra omnes illius jurisdictionis ciues ex regula tamdiu valeat, donec singuli exemptionis causam demonstrauerint.⁸⁸⁾ Quin ob hanc ipsam causam, quidem asserere dubitauerim, jus detractus de quolibet circuli vel jurisdictionis pago, vel de qualibet, si plures sint, hujus urbe singularium demonstrandum esse, cum translationes bonorum paulo rarius accidant, et sic demonstratio valde difficultis fieri possit; attamen non negauerim, hunc vel illum locum, quo tales actus possessori nunquam extiterunt, si praefecturea cuidam, vel alii jurisdictionis circulo, jure detractus munito, postmodum incorporetur, hoc facto a jure detractus nihil oscius immunem permanere, siquidem hoc etiam casu, vt alias semper certa juris regula est, non nisi tantum praeceptum esse, quantum possellum. Quod autem actus ipsos in probatione deducendos attinet, vix illus erit, qui dubiter, quin vniiformes et omnino ad consuetudinem introducendam habiles⁸⁹⁾ requirantur. Et sic quidem census emigrationis et detractus gabellae in specie sic dictae bene separandus et quilibet speciatim probandus videtur, non autem auctoris est, vt, si sermo de uno vel altero solum sit, simul utriusque species singulatim edoceat. Probato tamen genere, de diversis hujus speciebus non amplius dubitandum erit, nec igitur, si gabella de hereditate generatim soluenda extra dubitationis aleam posita est, ulterior disceptatio super legato, donatione m. c. vel pretio emtionis, tanquam surrogato praedii ex hereditate forte venditi, admittenda erit.

88) Schott, Inst. jur. Sax. L. II. S. II. §. 30.

89) Lex fer., med. ad ff. sp. 430. med. 4. Not. ad Schwanm. c. IV. Wefenbec. consil. 48.
Nec 20. Caroccius, l. cit. Clafén, de jure detr. §. 36.

Paulo intricior vero existet denique investigatio fundamenti, in quo actus possessori innitantur, praesertim cum hic sententias habeamus divisas. Sed, temporis angustia pressus, eam, ut reliqua, quae ad hanc sectionem adhuc pertinent, atque media in primis probandi jus detractus, hujus effectus et modos, quibus illud amittatur, dissoluatur et finiatur, speciatim tangunt, proximiiori occasione, qua specimen II. de gabellae de-rractatione ex ysu fori Saxonici Electoralis aestimanda edere possim, rebus ita se habentibus. reservo.

No. I.

§. III. L. g. Wir haben uns vortragen lassen, was du in des verstorbenen Bürgermeister Michael Lochmanns zu Prettin Verlaßenschafts-Sache ratione des von denen à Defuncto, außerhalb dem dir anvertrauten Amte beßchiedenen Legatis zu entrichtenden Abſchöfes am 12. Octobr. a. i. pr. unterthänigst einberichtet.
Allermäßen nun fothanes Abzugsgeld nurgedachten Amts, in Anſchung der demselben über die Stadt Prettin zufändigen Ober-Gerichtsbarkeit, lediglich zugehört, und Wir den dasigen Rath auf deſsen in der Sache erstatteten Bericht unterm heutigen dato dieserhalb gemefſt beſchieden haben;

Als begehrten Wir, du wolleſt von ermiedtem außerhalb dem Bezirk des dir anvertrauten Amtes zu verabfolgenden Legatis ein Abſchöf-Quantum von 5 pro Cent einbringen und folches behörig berechnen, mirhin hierunter dem Rathle zu Prettin einige Annahmung nicht gefattet, demselben aber die vor ihm in der Sache ergangenen Acta ſub L, welche du nebst denen zurückſolgenden Amts-Actis ſub L.D. hierbey zu erhalten haſt, nach dem Gebrauch hinwiederum zuzenden.

Mochtens &c. und &c. Datum Dresden, den 1. Febr. 1764.

An den Amt-Verwalter
zu Schweinitz.

No. II.

§. III. L. g. Uns iſt geziemend vorgetragen worden, was, zufolge Unfers Rescripts vom 4. July a. p., du wegen des, an des ehemaligen Pfarrers zu Marieney, Johann Friedrich Zöphels, jüngſte Tochter erſter Ehe, Johannen Wilhelminen, verehel. Barnickelin, nach Seßbitz ins Bayreuthische zu verabfolgenden Vermögens und davon zu entrichtenden Abſchöfes, weshalb-bereits das Conſiliorium zu Leipzig Verordnung erlaſſen, anderweit ſub dato den 19. Septbr. d. a. gehorſamſt einberichtet.

Nachdem nun das Abzugsgeld von fothanem Vermögen Unferm Fisco, mit hin den Erhebung dem dir anvertrauten Amte zugehört; als iſt hiendurch Unter Begehr, du wolleſt von nurgedachtem, deinem Berichte nach, 182 Mfl. 18 gr.



betragendem Vermögen den im Bayreuthischen gewöhnlichen Abzug an 10. pro Cent erheben.

Mochtens &c. und &c., Datum Dresden, den 31. Jan. 1777.

An
den Beamten zu
Voigtsberg.

No. III.

§. III. L. g. Welcher gestalt bey Unserm Cammer-Collegio die Beamten zu Eckartsberga, davon, dass ihr von denen nach Weimar zu verabfolgenden Kaufgeldern des von dem sich dorthin gewendeten, mit zweyen Häuslern an euerm Ort ansässig gewesenen Adv. Christian Heinrich Paulissen ohnlängst verkauften einen Hauses, denen Befugnissen dasigen Amtes, welchem die Ober-Gerichte über die Stadt solitarie competitirten, zuwider, Abzugsgeld gefordert hättet, unterm 2. Deebr. ai. pt. Anzeige gethan, solches habt ihr aus dem copyel, In schlus des mehrern zu erfehen.

Worauf Unser Begehrhen, Uns wollet ihr hierüber, und woher ihr, bey denen euch, dem Anführen nach, nur zustehenden Nieder- und Erbgerichten, gleichwohl Abzugs-Geld von dem aus eurer Jurisdiction außer Landes gehenden Vermögen zu fordern, euch berechtiget zu feynerachtet? mit Beyfügung derer in einzelnen Fällen etwa vor euch ergangenen Acten des förderamsten anzeigen.

Daran &c. Datum Dresden, den 8. Febr. 1779.

An
den Rath zu Eckarts-
berga.

No. IV.

§. III. L. g. Uns ist zu seiner Zeit geziemend vorgetragen worden, was du, wegen der, zwischen dem Amte und Rath zu Eckartsberga vorwaltenden Differenz über das Abzugsgeld von dem aus der Jurisdiction des letztern gehenden Vermögen, unterm 17. May 1783. mit Einsendung zurückfolgenden Fasc. Actor. sub. No. 120. anher, auch nach der Zeit zu Unserm Geheimen Finanz-Collegio, auf Erfordern, unterthänigst angezeigt, sowohl gedachter Rath dabey fernerweit submissit vor-
gestellt.

Da

Da nun von dir ein oder der andere Fall, wo von Seiten des Amtes das Abzugsgeld von Vermögen, so aus der Gerichtsbarkeit ermeldten Raths gegangen, erhoben und berechnet worden, nicht hat beygebracht werden können, hingegen der Rath, solchen Befugnißes halber, die Observanz, besonders auch während der vormaligen Sequestration der Raths-Revenüen vor sich hat;

So ist hierdurch Unser Begehrn, du wollest mehrermeldten Rath an Erhebung des Abzugsgeldes von dem aus dessen Jurisdicition gehenden Vermögen, so lange, bis abseiten des Amtes das prätendirte Befugniß besser, als geschehen, beygebracht worden, nicht behindern, auch den Rath den gegen Weimar bis anher titlichen Abschöfs an 5 pro Cent von den Kaufgeldern derer unter feiner Jurisdicition gelegenen beyden Paulsenschen Häuser und Zubehör erheben lassen, immassen Wir auch demselben von dieser Unserer Entscheidung unterm heutigen Date Nachricht ertheilen.

Mochtens &c. und &c. Datum Dresden, den 14. Decbr. 1786.

An
den Beamten zu Eckarts-
berga,

No. V.

§. V. **L**g. Nachdem uns die Anzeige geschehen, daß in dem Böhmischem Dorfe, Schöna, eine Fabrike zu wollenen und leinenen Bande, dergleichen in und bey Pulsnitz fabricirt werde, angeleget, und dazu sowohl Fabricanteu, samt Werkstühlen und übrigen Geräthschaften, als auch Färber- und wollene Garne aus der Gegend von Pulsnitz gezogen werden sollen, auch man gleichergestalt zu Georgswalde in Böhmen, eine Fabrike zu Pique und Nefselin, dergl. in Chemnitz und dortiger Gegend bishero gefertigt worden, zu etablieren, im Begriff freie, sowohl dahin bereits einige Fabrikanten aus der Chemnitzer Gegend ebenfalls gelocket worden wären, und es, dem Vernehmen nach, nur noch an der Zurichtung und feinen Bleiche der Waare quaest, weshalb man sich ebenfalls Personen, welche die Zurichtung und Bleiche verstanden, aus hiesigen Landen zu erlangen, Mühe gebe, fehle.

Als ist hiermit Unser Begehrn, i. w. (d. w.) sowohl in dem euch (dir) anvertrauten Amte auf dergleichen Anlockungen besten Fleißes invigiliren und, daferne Personen, so der Verleitung hiefiger Unterthanen zum Wegziehen außer Landes verdächtig, sich betreten lassen sollten, dieselben sofort zum Arrest bringen, summarisch vernehmen, allenthalben weitere Erkundigung einziehen, und sodann

an Uns hierüber gehorsamst berichten, als auch sonder Anstand die bey euch (dir) einbezirkten Gerichts-Obrigkeiten zu gleicher Invigilanz und ehemäfigen Verfahren resp. Kraft dieses, gemeinfest anwisen,
Daran &c. Datum Dresden, den 30. Novbr. 1787

Daran &c. Datum Dresden, den 30. Novbr. 1785.

No. VI. *Handbuch des Deutschen Reichs*

No. VI

S. VII. L. g. Auf angehörten Vortrag des zu Unserm Geheimen Finanz-Collegio, wegen des von dem zu Wermsdorf ohn längst verstorbenen Lieutenant Xaverio von Dittel seiner Schwester der von Salso zu Ingolstadt in Bayern überschickten Geschenkes am 700 Gulden und desfallsigen Abschöfes halber, unterm 21. May ai. curr. von dir erstatteten unterthünigsten Berichts ist hierdurch Unser Begehr, du wollest von gedachten 700 FL einigen Abschöf nicht erheben &c.

Mochtens &c. und &c. Datum Dresden, den 13. Septbr. 1787.

An
den Beamten zu

Mutschens.

No. VII.

§. IX. Rauh, lieber getreuer. Uns ist, was ihr die Verabsfolgung des Johanne de Fuchs zu Wien in dem Testamente Unsers ohnlangst verstorbenen Geheimen Kriegs-Raths von Arnett ausgesetzten Legati von 1000 rthlr., in Cammer-Credit-Caffen-Scheinen betrl., am 9. Märt. af. curr. unterthüngt angezeigt, und zu Unserer Entschlussung gefielet; gezeitend vorgetragen worden.

Darauf begehrten Wir nebst Remiss. I. Fosc. Actor. sub. A. No. 16. hiermit, ihr
wolltest sothanes Legatum in Betracht, daß selbiges aus einer adelichen Verlaßenschaft
herrühret, entweder gegen einen von der Obrigkeit der de Fuchs de obervando
reciproco verbindlich anzustellenden Revers, ohne Abzug, oder, daferne dergle-
ichen nicht beygebracht würde, gegen Kürzung eines Abzuges von 10 pro Cent ver-
ahfok

abfolgen lassen, auch letzternfalls das Abschöss-Quantum, da das Legatum selbst in einem auf 1000 rthlr. gerichteten Cammer-Credit-Cassencheine besteht, ebenfalls in dergl. Scheinen für voll annehmen, oder, wann jener allhier verfüßert werden sollte, nur nach dem zu erweifenden wirklichen Betrag der aus dem Verkaufe gelösten Gelder verlangen.

Mochtens &c. und &c. Datum Dresden am 8. May. 1770.

An den

Refrath und Oberamtmann
zu Dresden,


No. VIII.

§. XIII. Lieber getreuter. Wir können, nachdem Uns dein, in Verfolg Ünsers sub dato den 20. Octobr. a. p. dit erhaltenen Rescripts, unterm 27. Novbr. d. a. erfatteter unterthünigster Bericht geziemend vorgetragen worden, kiernit geschehen lassen, das Samuel Gottlieb Vierteln zu Steinau zwar dasjenige, was von seines Bruders, des Pfarrers zu Groß-Milkau, M. Christian Viertels, Mobilair, Nachlaſſe, nach Abzug der Paffiv-Schulden, und Unkosten, noch übrig bleiben wird, gegen die beygebrachten Reversales, ohne allen Abschöss verfolget, dahingegen bey etwaniger Verkaufung des dem Defuncto zuständig gewesenen Gutes zu Niederthalheim, denen Schleinitzischen Gerichten zu Zetteritz, als Grundherrschaft, daferne selbige auf ihrer Verweigerung, Reversales deshalb vom Rathe zu Steinau anzunehmen, beharren, die bey Schleifischen Patrimonial-Gerichten von außer Landes gehenden Erbschaften gewöhnlichen 10 pro Cent an Abzugsgelde zu erheben, gestattet werde.

Wie nun unterm 15. abgewichenem Monats copyl. anliegende Verordnung an das Ober-Consistorium ergangen; also begehren Wir, nebst Rem. I. Vol. Act. sub Litt. G. no. 1520. hierdurch, du wollest nicht nur deines Orts, dich darnach gehor-famst achten, sondern auch obigem gemäß, die Schleinitzischen Gerichte zu Zetteritz, welche übrigens mit denen gesuchten 7 p. C. Sterbelehn, in Betracht das der Viertelischen Legitimation halber, allererst zu erkennen gewesen, abzuweisen sind, gebührend bescheiden.

Mochtens &c. und &c. Datum Dresden, den 10. Juny 1770.

An
den Beamten zu
Rochlitz.



No. IX.

§. XIII. L. g. Uns ist aus des vorigen Amtsverwefers, in Betref des, von dem verstorbenen Dr. Johann Christian Motern zu lena, nicht berichtigten Abschoßes von denen, aus dem Verkaufe seines zu Döhlen befindlichen Gutes, der Seidelhoff genannt, an 4000 rthlr. gelösten Kaufgeldern, sub datio den 6. Septbr. 1771, erstatteten unterthänigsten Berichte geziemend vorgetragen worden, welchergeftalt der Moterische Universalerbe, der Fürstl. Hessen-Darmstädt. Forstmeister, Johann Gottlieb Moter, als ihm zu Folge Ufvers Fol. 37. wieder angeschloßener Acten erlaßnen Reccripts, daß er durch ein von seiner Obrigkeit ausgestelltes Atteſtat, wie viel an Abſchoß in Darmstadt hergebracht ſey, dociren folle, auferlegt worden, durch seinen Bevollmächtigten, wie ſeine Erbläffer das Gut wohl 6 Jahre, vor feinem Ableben, verkauft, auch das Kaufgeld, bis auf die inhibirten 1000 rthlr, erhoben, und in die Fürſtl. Weimarschen Landen exportirt habe, vorgeſtellt, und da es folglich, bey Bestimmung des Abzugsgeldes, lediglich darauf ankomme, wie viel der in Weimarschen Landen gewöhnliche Abſchoß betrage, ein von der Ober-Vormundſchaftl. Regierung zu Weimar ertheiltes Atteſtat, nach welchem in dieſen Landen und der dazu geſchlagenen Jenaischen Landes-Portion, von denen Ritter- und Lehnigütern und dem daraus gelöſten Pretio kein Abzugsgeld gefordert oder genommen wird, Fol. 61. überreicht.

Nachdem Wir nun in Rückſicht fothanen Atteſtats und des unbeträchtlichen Werthes derer bey dem Moterischen Guthe zu Döhlen befindlichen Allodial-Grundſtücken, die bey Lebenszeiten des verstorbenen D. Moters von ſelbigen erhobenen und in die Fürſtl. Weimarschen Landen exportirten 3000 rthlr., gegen Beybringung eines, von der Ober-Vormundſchaftl. Regierung alda, annoch auszufüllenden Reverses, mit dem Abſchoße gänzlich verſchonen, von denen übrigen nach Darmstadt zu abfolgenden 1000 rthlr. aber das in denen Fürſtl. Darmstädtl. Landen gewöhnl. Abzugsgeld von 10 p. Cent erheben zu laſſen, refolviret haben;

Als begehrten Wir, du wolleſt dem gemäß das weiter Nöthige veranſtalten, fodann aber die, auf die rückſtändigen Kaufgelder gelegte Inhibition wieder aufheben.

Mochtens &c. und &c. Datum Dresden, am 24. Novbr. 1773.

An
den Amtsverweſer zu
Arnshaueck,

No.

No. X.

§. XIX. **L.** g. Wir haben Uns geziemend vortragen lassen, was ihr, wegen des Abschaffes von denen, aus dem Nachlaß des alldort verstorbenen Capitains, Carl Heinrichs von Ponickau, vermöge eines getroffenen Vergleichs an des Defuncti Schwestern, Annen Hedwig verwirrbete du Bousquet geb. Anhorn von Hartwiss und Cons. zu Riga, als dessen Intestat-Erben zu verabfolgenden 606 thlr. und über euer vermeintliches Befugniß, Abschaffs von dem Varmögern einer schriftstättigen Person, dergleichen obernannter von Ponickau gewesen, zu erheben, mittelst anderweiten Berichts vom 17. Mart. ai. pt. unterthänigst angezeigt.

Da jedoch von euch in sothanem euerm Berichte sub a. & b. angezogenen Fälle, von welchen, als sie sich ereignet, allhier etwas nicht bekannt worden, ein zu Recht beständiges Befugniß, von dem Mobiliarvermögen oder dergleichen Nachlaß schriftstättiger Personen das Abzugsgeld zu erheben, nicht begründen können;

So haben Wir dem Creyf's-Beamten zu Schwarzenberg, mit Zufertigung derer von euch eingefüdeten Aetzen sub P. de Anno 1755, unter heutigen Dato Auftrag ertheilet, daß selbiger von obbesagten nach Riga zu verabfolgenden 600 thlr. den Abschaff mit 10 pro Cent einbringen, und zu dem Creyf's-Amte erheben folle.

Wir lassen euch dannenhero solches hierdurch unverhalten seyn, mit dem Begehren, ihr wollet euch darnach gehoramt achteten, und euch der Erhebung des Abzugsgeldes von dem Mobiliarvermögen oder dergleichen Nachlaß schriftstättiger Personen enthalten, vielmehr künftig, wenn sich solche Fälle ereignen, dem Creyf's-beamten zu Schwarzenberg davon Nachricht geben.

Daran &c. Dresden, den 29. Jan. 1787.

An
den Rath zu Schneeberg.

No. XI.

§. XX. **L.** g. Uns ist aus deinem unterm 23. Septbr. a. p. anhero erstatteten unterthänigsten Berichte geziemend vorgetragen worden, wasmaassen du, daß Christianen Dorotheen Marien, verehel. Schumacherin zu Artern, der auf sie kommende Erbanteil an denen aus dem Verkauf derer von ihrem zu Brethleben verstorbenen Vater, Johann Gottfried Schreyern befesenen Immobilien, gelösten Geldern, an 157 thlr.

3 gr.



3 gr. 5½ pf. gegen Beybringung eines obrigkeitlichen Reverses, abschöpfrey verahfolget werden möchte, angetragen.

Wir sind auch erinnert, was du, bey Gelegenheit der von Johann Philipp Müllern zu Artern gefuchten Zurückzahlung des von ihm bey Verkaufung seines zu Haueroda befeßnen Backhauses sammt Länderey, erlegten Abzugsgeldes an 66 thlr. 2 gr. 1½ pf. wegen des, nach deinem Anführen, dem Amte Heldungen zugehörenden Befugnißes, innerhalb Landes Abzugsgeld zu fordern, zu Begründung sohanen Befugnißes, mittels Berichts vom 23. Novbr. d. a. nebst Beyfügung derer immitteß zurückfolgenden und künftig wieder mit einzufenden 2 St. Act. gehorsamst angezeigt haſt.

Nachdem jedoch in dem Fol. 8. seq. Acto ſub Repos. XIII. Litt. A. x. No. 3. befindliche Extracte aus denen Heldingschen Amtsrechnungen, folche Fälle, da bey dem dir anvertrauten Amte vor dem Jahre 1746. Abzohs von innerhalb Landes gebliebenen Vermögen genommen worden, nicht anzutreffen find;

So ift, vor Fafung weiterer Entſchließung in obgedachten beyden Sachen, hierdurch Unfer Begehrn, daß wolleſt annoch, ob dergleichen zum Beweis des angezogenen Befugnißes erforderliche Fälle im Amte bey dir vorhanden, mit deren Beyfügung cum Actis, anderweit unterthänig anzzeigen.

Mochtens &c. und &c. Datum Dresden, den 18. Novbr. 1785.

*mein Amt wird regelmäßige Abrechnung darüber zu machen und die
den Beamten zu befehlen, dass diese Abrechnung darüber ebenso wie andere
Heldungen, welche in diesem Lande gemacht werden, nicht vor abgelegter
Zeit mehr vorgenommen werden, sondern sofort nachdem sie gemacht worden
sind, abzuführen, überbrückend, sofern es nicht aus
der Abrechnung ersichtlich ist, ob sie gemacht worden sind.*

A

ausgeführt zu haben ist.

IX.

*Indirekt materialisches creditus q. in indirecto ex maxima minima aut illi aut illi
maxima q. in directo, ut possit, aufzuhören, sofern es nicht aus
der Abrechnung ersichtlich ist, ob sie gemacht worden sind.*

Leipzig, Diss.) 1793

ULB Halle
004 350 43X

3






Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-842773-p0060-9

DFG



DE
GABELLAE DETRACTIONE
EX VSV
FORI SAXONICI ELECTORALIS
AESTIMANDA
1793, 17
SPECIMEN I.

QUOD
EX AVCTORITATE
ILLVSTRIS JVRECONSVLTORVM ORDINIS
IN ACADEMIA LIPSIENSI
PRO LICENTIA SVMMOS
IN VTROQVE JVRE HONORES
CAPPESSENDI

D. XVI. MAII A. R. S. cccclxxxix.

AD DISPUTANDVM PROPOSIT

SAMVEL FRIDERICVS JVNGHANS
SECRETARIUS REGIM. SAX. ELECT. SVPR. ET JVRIS VTR. BACCL.

DRESDAE

TYPIS CAROLI CHRISTIANI MEINHOLDI.